



**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS  
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM  
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati  
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Trevorum, 1576**

**VD16 ZV 206**

Benedictio segetum & feminum in festo S. Marc.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

**BENEDICTIO SE-**  
**GETVM ET SEMINVM IN FE-**  
**STO SANCTI MARCI EVANGELISTAE.**

In festo S. Marci, sacerdos benedicturus segetes: exiens cum clericis (si aliqui adsunt) & populo in agrū precedente cruce, & cereis; superpelliceo ac stola ornate, incipiat Litaniā sicut habetur infra. Qua finita dicat.

**K**yrie eleyson. **C**hriste eleyson.

**K**yrie eleyson. **P**ater noster. **A**ue Ma.

**Vers.** **D**omine exaudi orationē meā.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Vers.** **D**ominus vobis. **Resp.** Et cū.

**ORATIO.**

**O**remus. Pietatē tuā quęsumus, omni potens deus, vt has primitias creaturæ: quas aeris & pluuiæ tēperamēto nutrire dignatus es: bene ✠ dictionis tuæ imbre perfundas: tribuas populo tuo de tuis muneribus, tibi sēper gratias agere: & a sterilitate terrę esuriētīū animas bonis affluētibus repleas: vt egenus & pauper laudēt nomē glorię tuæ. Per Christū dominū nostrum. **Respo.** Amen.

**S 3 ORATIO.**

Oremus. Omnipotens sempiternus deus, arbiter throni: qui molem terræ ex nihilo pendentem gubernas, & ad victum humani generis corporisq; sustentationem, agros operibus excolere iussisti: misericordiam supplices exoramus, vt quicquid in hos agros salubris seminis satum atque plantatum est, respectu tuæ clementiæ prospicias: & aeris tempories moderare digneris: vt resecto atque absorpto omnium tribulorum, atque spinarum squalore: efficias fruges fœcundas, & ad maturitatem perfectam tribuas prouenire: vt nos famuli tui vberem tuorum donorum fructum, cum gratiarum actione percipientes, debitas atque acceptas nomini tuo laudes referre mereamur. Per Christum Dominum nostrum.

nostrum. **Responsorium** Amen.

**ORATIO.**

**O**remus. Te domine petimus ac rogamus, vt hos fructus feminum, frugū, frumenti, filiginis, hordei, auenæ, ac aliorum cuiuscūq; generis existant, tuis oculis serenis, hilariq; vultu respicere digneris. Sicut enim testatus es Moyfi famulo tuo, in terra Aegypti dicens. Dic filijs Israel cum ingressi fuerint terram promissionis: quā eis daturus sum: vt primitias frugum offerant sacerdotibus: & erunt benedictæ fruges: ita & nos oramus te, domine: vt auxilium gratiæ tuæ super nos, & hos fructus ad bene **✠** dicendum, proferendum concedas: vt non grando furripiat, non turbo subuertat, nec vis tempestatis detruncet, aëris siccitas exurat: non inmundatio pluuialis exterminet, sed

**BENE**  
S 4 incolu-

incolumes & superabundātes propter  
 vsū hominū ad plenissimā maturitatē  
 perducere digneris. Per Christum do-  
 minum nostrum. **Respon.** Amen.

**ORATIO.**

**O**remus. Domine sancte pater omni-  
 potens, æterne deus: mitte spiritū san-  
 ctū tuū cum angelis & archangelis tuis  
 & cum eis omnes sanctos, & electos tu-  
 os: vt defendāt segetes nostras a vermi-  
 bus malis, & ab auibus: vt magnificetur  
 nomen tuū deus in omni loco. Per do-  
 minum nostrum Iesum Christum fi-  
 lium tuum qui tecū. &c. **Ref.** Amen.

*Deinde Sacerdos circumueat agros vel partem eorū  
 & aspergat aqua benedicta, dicatq; tandem.*

**E**t benedictio dei omnipotentis pa-  
 tris, & Fi-**✠**lij, & Spiritus **✠** Sancti  
 descendat, & maneat super has fruges.

**Responsorium.** Amen.

**BENE**